



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Monasterivm S. Salvatoris in vrbe Bononiensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

&ti Augustini, in antiquissima Canonica San-  
&te Mariæ de Rheno apud Bononiam refor-  
mavit, atque firmauit. Eo namque tempore  
Canonici Rhenani (hortatu d. &ti Pontificis,  
qui fuerat eiusdem ordinis Canonicus) Re-  
gulam à S. Petro Damiani tribus libris con-  
scriptam, & à Paschali II. Papa confirmatam  
suscepereunt. Dicebantur autem Rhenani, à  
monasterio S. Mariæ de Rheno, quod intra  
tertium lapidem ab vrbe Bononia situm, in-  
ter famosissimas olim Italæ Canonicas nu-  
merabatur.

Ex hoc monasterio Rhenano quatuor  
Pontifices Maximi prodierūt, nimirum Ho-  
norius II. Innocentius II. Lucius II. & In-  
nocentius III. eo nomine Papa: Cardinales  
item, Archiepiscopi, & Episcopi quām pluri-  
mi: quos longa serie recenset Ioannes Bapt.  
Signius lib. I. de ordine ac statu Canonicis.  
Apud eundem exstat catalogus Priorum, di-  
cti monasterij Rhenani.

MONASTERIVM S. SALVATORIS  
*in vrbe Bononiensi.*

CANONICI regulares S. Mariæ de Rhei-  
no, de quibus iam diximus, domum siue ho-  
spitium in vrbe Bononiensi habebāt, quō di-  
uertere solebant, cùm ex agro in urbem ne-  
gotiorum caussa veniebant. In hac domo siue  
hospitio, anno 1136. post reformationem & 1136.

E s S. Pe-

S. Petri Damiani regulam à Canonicis Rhenanis suscepta, Olinarius eiusdem monasterij olim Canonicus, & tūc sub Innocentio II. Cardinalis, monasteriū ac templū, in honorē Saluatoris Iesu Christi, à fundamentis excitauit: ac præsertim in memoriam miraculi, q̄ in Beryto Syriæ vrbe contigit, cùm ex Christi iconē, seu imagine à Iudæis transfixa sanguis & aqua profluxit, quibus perfusi cœci, paralitici, alijq; infirmi mox sanitatem sunt consecuti. Refert hoc miraculum S Athanasius in secunda Synodo Nicēna, Actio. 4. Sanguis istius miraculosi ampullam, P̄sis ab Innocentio II. Papa dono acceptam, Olinarius Cardinalis Bononiam transtulit, & in nouo templo S. Saluatoris à se ædificato collocauit.

**IACOBI VITRIACI CARDINALIS**  
*& Episcopi Aconensis testimonium de Canonicis  
 Regularibus, iuxta Bononiam.*

EST alia Regularium Canonicorum Deo grata, & hominibus gratiosa Congregatio extra ciuitatem Bononiae, non longè ab ea, in castris æterni Regis militantium, & eidem sub vnius maioris obedientia, in ferore spiritus, & mentis excessu, tam deuotè quam humiliter seruientiū. Hi siquidē adeò expediti post Dominum currunt, & nudi nudū sequuntur, quod oēm exteriorum curā & temporalium possessionēm à se penitus reiecerunt, omnia transi-